

323.

Serenissime ac Potentissime REX,
Domine, Domine Clementissime.

N^o 62.

Sacr: Regiæ Majest: Vrae tum aggravationes Ducatum Surlandia
tum reliqua desideria ante octiduum humillimo venerationis cultu
exposui, est quo vero nunc relatum mihi est per Consiliarios,
quod Princeps Menzikow ratione Viduitatis selst: Suae Viduae
Ducissae certa insinuaverit adeo gravaminosa postulata, ut
me irrequisito bona Ducalia si quae sunt non oppignorata, una
cum quibuscumq; aliis redditibus, nullis prorsus exceptis, pro sub-
sistentia mea nec dum sufficientibus, in possessionem et dispo-
sitionem tradantur, iterum ad Sacr: Regiæ Majest: Vram
supplex recurrere cogor, dignetur, et Fidelis Principis Feuda-
tarii, et Feudi maxime onerati, et depauperatorum Incolarum
in primis vero, quod omnes mihi redditus pracludantur, ut nec
Ipsemet subsistere, nec rebus sic stantibus super Ducatus meos

liberè disponere liceat, clementissimam habere rationem, et Regiam interponere auctoritatem, ut hoc quicquid est negotii vel desiderii mecum ex aequo et bono citra ulteriorem Feudi aggravationem reguletur, mihi vero libera in Regimine relinquatur Dispositio. Considerato eò, quod Vidua Principissa nunquam in Surlandia in aggravationem Feudi tantam Summam inscriptam habuerit, neq, ut Cancellarius Regni noticiam habet, adeo in praesudicium Serenissimi Senioris, et in Feudo Successoris operari potuerit. Quod dum humillimè expono, omnigeno devotivis cultu permanens

Sacrae Regiae Majestatis Vrae

fidelis Servus

Ferdinandus. Dux
Curlandiae

Dabantur Gedani,
die 9. April. 1712.

376.



A Sa Majesté
Le Roy de Pologne.

Ensemble sur. 8. 9. sept 1712